

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Valentin Schöner Georg Neunesius Johannes Mylius

**Epithalamia In Honorem Nvptiarvm Honestissimi Ivvenis Nicolai Svenceri
Geisensis, Et Pvdicissimæ virginis Annæ, amplissimi viri D. Antonij Stitzij
quæstoris Hennebergensis filiæ, Smalchaldensis**

Smalchaldiae: Michael Schmuck excudebat., [1585?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn177570565X>

Druck Freier  Zugang



Bb

B:

N. Spencerius.

L1



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn177570565X/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn177570565X/phys_0001)



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn177570565X/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn177570565X/phys_0002)

B

EPITHALAMIA
IN HONOREM NV-
PTIARVM HONESTISSIMI
IVVENIS NICOLAI SVENCERI
GEISENSIS, ET PVDICISSI-
mæ virginis Annæ, amplissimi
viri D. Antonij Stitzij quæstoris
Hennenbergensis filiæ,
Smalchaldensis.

SCRIPTA

AB AMICIS.



SMALCHALDIAE MICHAEL
Schmuck excudebat.

FP Svencerus, Nicolaus M

EPITHALAMIA &c.

Victa quod Anna tuo, thalamum tibi spondet, amore.
Certe NICOLEI nominis omen habes.
Deligis è media nec enim tibi plebe puellam,
Sed que patre suo matrèq; clara sua est.
Hennenbergiacam, qua Smalcalis errat, in urbe
Quæsturam genitor non sine laude gerit.
At pietate DEI genitrix & amore mariti
Inferior nulli, dum fuit illa, fuit.
Hac tua uirtutum didicit genus omne magistra,
Cum qua nunc thalami fœdus inire paras.
Ut suencere tamen lecti sit amabile fœdus,
Et sint coniugio fata benigna tuo:
Percipe quid sponsus moneat Cananæus. Amicos
Dum pañim multos ad tua sacra uocas.
Arte alios omnes Dominum prece supplice Christum
Inuita ad thalami gaudia festa tui.
Vnde sed hæc animum subeat fiducia, Christum
Ad mea ut inuitem gaudia, sorte referas?
Quis sum ego, si Christum spectem, nisi puluis & umbra,
Ille sed æterno uerus honore Deus?
Quæ mihi cum Christo consortia? maxima, dicam,
Quæ te perpetuum commenimisse iuuet.
Tantus amor Christi est, ut miro fœdere carpem
Naturæ nostram iuxerit ipse sue.
Sicut enim summo par maiestate parenti,
Sic nobis carne est Filius ille DEI.
Vtq; nouam primo sponsam coniunxit Adamo,
Sic est e sponsa Virgine natus homo.
Compellatq; suos dulci nos nomine fratres,
Fratribus & semper gaudet adesse suis.
Insuper & sponsi lætatur nomine, sponsam
Et sibi fidentes nominat ille suam.
Aduenit ergo lubens ad sacra marita uocatus,
Nec spernit paruæ fôrdida testa Cane.
At quæso sposo quid fortunatus isto,
Cui Christus pura mente uocatus adeſt?

Dicſe

Discipulis uelut ille Canam comitatus adibat,
Et larga p̄ponſi, cepta iuuabat ope.
Angelicos secum ſic ducit ab æthere ſacro
Coetus in noſtras, quas adit ille, domos.
Et bona, que thalamum poſſunt ornare beatum,
Omnia diuina ſufficit ille manu.
Adde quod inſtructæ ſacra poſt conuiuia tædæ
Quando redit propriam cætera turba domum.
Ille manet tecumq; habitat, uotisq; rogatus
Eſſe domus gaudet cura ſalutq; tuæ.
Vtq; mero permuat aquas, in gaudia uerit
Coniugibus luctus omnibus ille ſuos.
Diſpercant, Chriſti matrem qui rebus in arctis
Audent deuota ſollicitare prece.
Ipſa Dei genitrix natum prece ſupplice Chriſtum
Auxilium uino deficiente petiit.
Nec Mediatrix matri largitur honorem,
Sed, mihi quid tecum eſt fœmina? Chriſtus ait.
Vnus adoretur cum Patre & Flamine Chriſtus,
Vnus dat noſtras ille ualere preces.
Ac licet interdum duro nos increpet ore,
Et ſinat in longa uiuere trifticia:
Blanda tamen mens eſt, & tandem nube repulſa
Exbilarat miris pectora noſtra modis.
Gaudia poſt luctus & ſpe maiora reducit,
Si modo quisq; pie, quod iubet ille, facit.
Chriſtus opem diſfert, non auſfert, ſi modo ſupplex
Exiguae perfert damna caduca moræ.
Talis adeſt nobis, quid dulcius hofpite Chriſto?
Hunc ergo ante omnes ad tua feſta uoca.
Hanc ſi morigerat doctrinam mente ſalubrem
Complexus fueris ſponſe, beatus eris.
At tu, qui thalamum tanto dignaris honore,
His etiam ſponſis optime Chriſte faue.
His etiam hofpes ades, thalamiq; incepta ſecunda,
Et facili conſer commoda dona manu.

Valentinus Schönerus.

ALIVD.

F Ata duos iungunt, sociant sacra numina binos,
Corpora tranquillo dant recubare thoro:
Sepe duos stabili connectunt fœdere lecti,
Inter quos nunquam uerba fuere sata:
Sic ex Smalchalicis Nympham legere puellis.
En tibi, quam grata suscipe, sponsa, manus.
Stitzia clara domus, qua uix præstantior ulla,
Dignatur Gnatum confociare tibi.
O nimium felicem, ô terq; quaterq; beatum
Te, quem clarificat Stitzia tanta domus.
Est tibi præclarus socer, et quem patria uirtus
Concelebrat, multis notificata modis.
Hortos Pieridum solers peragrauit amenos,
Et studijs fama condecorauit opus.
Quid memorem de fratre, bonis, superantibus omnes
Ornato, modo quas mundus honorat, opes.
A teneris etenim tentauit querere famam
Artibus, et studijs inuigilasse bonis.
Iustior haud illo uiuit nec amantior æqui
Pectora sub placida fronte seuera gerens.
Est uirtute grauis, cuius prudentia rebus
Est in perplexis prospera, salua fides.
Hæc domus affinem clarum dedit inclyta, Musis
Imbutum, celebrem quem medicina facit.
Cuius saepe uiri febri ardore grauati
Sanandi doctas experiere manus.
Tantas transfudit generosa in pectora dotes
Rerum formatrix, quas parit alma parens.
En tantos pietate graues, grauitate celebres
Conciliais firmo fœdere, sponsa, uiros,
Addo quod illustris generoso pectore Princeps
Huic domui donis officijsq; fuet.
Nam socer eximum Questoris munus adeptus
Ingenij id magna dexteritate facit.
Gratia prefectum te principis inclyta fecit
V Vasingæ, fautor Ianæ fuetu tuis.

Te

Te quoq; preclaro, uir summe, Machaone clarum
Multi præstantes nobilitate souent.
Inclytus, egregia, medicinæ, laude paratæ
Eximia, Princeps, utitur arte tua.
Quem, cum, gallina generosa tropheæ notata
Victrici celebrant laude uolucre sacra.
Gratulor ergo tibi concessos uirginis ignes
Et, quod Smalchalica ducis ab Urbe, genus.
Autor coniugij, felix, castig; pudoris
Inceptis sponsi fautor adesto precor.
Sancte, tuo tædas diuino, Christe, fauore,
Quas uis perpetuas, & sine lite, iuuia.
Tu quoq; summe Deus, de maiestate paterna,
Et Gnatius ueniens, Spiritus alme faue.
Fac pietate uiros, animisq; fidelibus ambas
Eximij generis laude, coire domos.
Ad uestras sponsus sacratas uoluitur aras,
Atq; memor uoti procidit Anna sui.
Sacro nocte duo uinclo pia pectora amoris,
Impia ne soluant iurgia lisq; tetra.
Fœdera quæ lecti que tu pia gaudia iungis,
Vlnis adductam, letissime, suscipe sponsam,
Mentis constanti, sponsæ, tuere fide.
Dilige sponsatam, uero complectere amore,
Quæ caro, quæ chari corporis ossa tui.
De membris tibi chara tuis ne despice membra,
Deue tua carnem neglige carne tuam.
Sic bonus uxorem Sponsus complectetris ulnis,
Protegis, ut partem corporis ipse tui.
Sermonis blandi sis ad conuicta tardus.
Vestrum confirmet gratia summa thorum.
I procul à sponsis lis, nec, concordia iungit
Utiliter quæ nunc, distracte corda diuum.
Sponsam sponse tuis ambabus suauiter ulnis
Suscipe, quæ chari corporis ossa tui.
Exemplo matris te complectetur amore
(Cuius nunc cespes molliter ossa tenet:

A 3 Manus

Manes magnifici Regis uersantur in aula,
Et uitam in Christo spiritus almus agit.)
Sedula curabit corpus pia sponsa mariti,
Fertur ut egregie Mater amasse uirum.
Sicut enim sequitur natura semina quisquis,
Facta resert matris sic tua sponsa sue.
Auro non ornat, non ponit pectine crines,
Est uero uera religione amans.
Te sponsum pietate colet, castiq; pudoris
Custos seruabit sobria laude decus.
Vestro chara thoro diuino nata fauore,
Enutriet proprio pignora lacte cibo.
Moribus ornabit, mentes pietate tenellas
Instructi, exemplum moribus omne suis.
Sponsa molesta tibi mimime non rebus acerbis
Req; mala seruat tum meliore fidem
Germinet oro domus, sicut solet optima uitis,
Semine quo uigat gloria, spose, Dei.
Hæc quæ Musa dedit sincero suscipe uultu,
Scribenti celeri Stitizia parce domus.
Summe parens nobis adiſs, pie Christe gubernata
Exiguum coetum, Spiritus alme soue.
Serua uiuentes uera pietate maritos
Hic hominum coetus carmina grata canat
Postea tota cohors cælestis turbaq; sacra
Vnâ sic resonent: Gloria lausq; DEO.

M. Georg. Neunesius
Smalchaldensis.

ALIVD.

O Mina fausta nouis precor omina fausta maritis,
Quos iam castus amor iungit & alma fides.
Quos non foeda Venus, nec carnis prava libido
Urget, sed sancti regula sancta DEI.
Et quibus est casti castissimus autor amoris,
Qui primum sanxit talia uincula, DEVS.

Avg;

Atq; hæc adijcio sincero pectore uerba,
Verba quibus sponsis testis adesse uolo.
Suencero datur ANNA noua noua nupta marito,
ANNA suis tali dotibus apta uiro.
Stitziadum claro ueniens è stemmate coniunx
En Niclæ tibi uirgo decora datur.
Cui pater est, nostra qui prestantis Quæstor in urbe
Hennenbergiaci sustinet esse Ductus.
Qui sua præclare tractare negotia novit,
Ceu decet ingenuum dexteritate uirum.
Muneris officium iusta granitate gubernat,
Et patriam studio consilioq; iuuat.
Et quod præcipue cum laude meretur honorem,
Rite souet doctos, doctus et ipse, uiros.
At quoniam uarijs laudes uirtutibus istas
Exuperat, uerbis non eget ille meis.
Mater, erat, sponsa (quam nunc tenet Aether Olympo)
Moribus insignis, dotibus aucta bonis.
Pauperibus mitis, pictatis alumna, colebat.
Non fistula uerum religione DEVM.
Hinc est, eximijs tua sponsa parentibus, orta,
Hinc tibi non paruum iungit amica genus.
Est aliquid magno de stemmati ordine nasci,
Est quoq; de claris ducere nomen auis.
Aemula non dubium est patrem matremq; sequetur,
Atq; tibi fiet nobile sponsa decus.
Hoc igitur cupidis manibus, uultuq; sereno,
Gestibus et letis suscipe, sponsa, decus.
Felix et faustus cum tali uirgine uiues,
Proq; isto dices munere grata DEO.
Ad nostram duxit qui te feliciter urbem,
Qui te Smalcalicas iussit amare Deas.
Hinc ut consortem thalami, lectiq; sodalem
Acciperes, siquidem non bene solus eras.
Tristis uiuebas solus, nunc compare iuncta
Traduces lætos, temporal læta, dies.
Ergo age sponse tuam, tua gaudia, suscipe sponsam,
Quæ tibi iam fidis sifstitur ante manus.

Det

Det Deus inumeros ambo uiuatk ut annos,
Vestra sit ut multa prole repleta domus.
Alter in alterius certet, ceu turtur, amore,
Nec sit qui poterat uincere uictus amor.
Tu Suencere tuam cole fido corde columbam,
Et tua te fido corde columba colet.
Mutua uos teneat concordia, mutuuus ardor,
Non intret uestrum lis malefuada thorum.
Et bene quo cedat, bene quod cepisti amantes,
Semper inexhausto stitis amore pares.
Plura dies elapsa uetat superaddere, sponse
Cum sponsa longum uiue, ualeq; diu.
Hæc Suencere tibi deuoto pectore uota,
Hæc uolui sponse tradere dona tue.
Depromant alij, rem grati muneris, aurum,
Picrides simplex nil nisi carmen habent.

Johannes Mylius
Vnslebius.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn177570565X/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn177570565X/phys_0011)



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn177570565X/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn177570565X/phys_0012)

Det Deus innumeros ambo uiuatis ut annos,
Vestra sit ut multa prole repleta domus.
Alter in alterius certet, ceu turtur, amore,
Nec sit qui poterat uincere uictus amor.
Tu Suencere tuam cole fido corde columbam,
Et tua te fido corde columba colet.
Mutua uos teneat concordia, mutuuus ardor,
Non intret uestrum lis maleuada thorum.
Et bene quod cedat, bene quod cripstis amantes,
Semper inexhausto sitis amore pares.
Iura dies elapsa uetat superaddere, sponsa
Cum sponsa longum uiue, ualeq; diu.
Uencere tibi deuoto pectore uota,
In uoluui sponsa tradere dona tue.
Alij, rem grati munera, aurum,
Simplex nil nisi carmen habent.

Johannes Mylius
Vnslebius.

